



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

**Parisiis, 1644**

Inhaltsverzeichnis

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15256**

EPISTOLA I.  
FELICIS PAPÆ II.

Rescriptum ad episcopos in Alexandrina Synodo congregatos.

- |   |   |
|---|---|
| I. <i>Vt nemo episcopum penes arbitros<br/>faculares accuset.</i>                                     | XIII. <i>De accusationibus episcopo-<br/>rum, &amp; ineptitudine accusan-<br/>tium.</i>                                   |
| II. <i>Si quis aduersus episcopum cau-<br/>sam habuerit.</i>  | XIV. <i>Qui non debeant admitti ad<br/>accusationem.</i>  |
| III. <i>De eadem re.</i>  | XV. <i>De eadem re.</i>   |
| IV. <i>De episcopis rebus suis expoliatis,<br/>aut a sede puls.</i>                                   | XVI. <i>Licere in ecclesiasticis negotiis,<br/>dicta causa &amp; finita, recedere,<br/>quod in secularibus non licet.</i> |
| V. <i>Infames &amp; sacrilegos ad testi-<br/>monium non admitteudos.</i>                              | XVII. <i>De accusationibus episcopo-<br/>rum.</i>   |
| VI. <i>Si episcopus vocatus ad Conci-<br/>*lium, ire non potuerit.</i>                                | XVIII. <i>De non terminandis causis<br/>episcoporum absque auctoritate<br/>Romani pontificis.</i>                         |
| VII. <i>De causis qua legibus non con-<br/>tinentur, vel prohibita noscuntur.</i>                     | XIX. <i>Si episcopus a comprouinciali-<br/>bus, vel a metropolitano senserit<br/>se pregrauari.</i>                       |
| VIII. <i>De accusationibus episcopo-<br/>rum, &amp; rerum suarum ablata-<br/>rum redintegratione.</i> | XX. <i>De iudiciis episcoporum, &amp; de<br/>tempore concesso ad preparan-<br/>dum, &amp; comparendum.</i>                |
| IX. <i>Quibus non liceat accusare, vel<br/>testificari.</i>   | XXI. <i>De iudicibus &amp; accusatori-<br/>bus, quales debeant esse.</i>  |
| X. <i>De eadem re.</i>  |   |
| XI. <i>De personis accusatorum.</i>   |   |
| XII. <i>De primatibus &amp; metropolita-<br/>nis.</i>   |   |

Reuerendissimis atque dilectissimis fratribus, Athanasio & uni-  
uersis Aegyptiorum, Thebaidorum, Libyorum episcopis, in san-  
cta Alexandrina Synodo congregatis, Felix almæ Romanæ  
urbis & vniuersalis ecclesiæ episcopus, & sancta Synodus, quæ  
in urbem Romam conuenit, in Domino salutem.

SACRAM vestram synodicam epistolam, per gratiam san-  
cti Spiritus, & Deo placitum studium conscriptâ, ve-  
strâ a Deo honorandæ sanctitatis gratia libenter suscepimus, atq; instanter in Synodo recitari per singula iussimus,  
& omnes intente eius colligere verba præcepimus: su-  
per quæ dū latari sperabamus & cupiebamus, versa est in  
luctum cithara nostra, cantatio in plorationem, & omne <sup>166.30.</sup>  
totius Synodi gaudium in mœrorem translatum est: quia  
non decuerat, vt hi qui corpus Christi quotidie proprio